

Francisco de Toledo¹⁾, päpstlicher Legat, an Pius II. Er berichtet von einer Unterredung mit dem Kaiser, bei der er das päpstliche Breve vorgelegt und mit dem Kaiser über die Maßnahmen gegen Hz. Sigismund gesprochen habe. Der Kaiser habe sich von Hz. Sigismund distanziert und seine Unterstützung gegen Sigismund zugesichert. Er sei bereit, die libertas ecclesie zu verteidigen. Francisco habe auch an Kard. Bessarion nach Wien geschrieben, wo auch viele Gesandte anwesend seien. Der Angriff gegen NvK und auch der zeitgleiche Angriff auf den Bischof von Eichstätt haben große Bestürzung im Land ausgelöst.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 198f. Über dem Text: S^{mo} ac beatissimo domino nostro pape Franciscus de Toletio.

Erw.: Scharpf, Cardinal und Bischof 327; Jäger, Streit II 51f.; Vansteenberghe, Cardinal 199; Baum, Sigismund der Münzreiche 188.

Sanctissime ac beatissime pater. Post pedum oscula beatorum. Recepi breve s. v. per manus Petri de Corduba caballarii cumque illo aliud ad serenissimum d. imperatorem²⁾ super rebus re^{mi} patris d. cardinalis sancti Petri et Sigismundi ducis. Et quamquam michi iam satis esset in hac materia explorata mens cesaris – intellexeram enim a consiliariis suis cum maxime, qui ecclesiastici sunt, quid in hanc usque diem sua serenitas pro hiis rebus agisset – nichilominus ad presentandum maiestati sue breve tempus expectavi oportu- 5
num, quo non solum breve intelligere, verum etiam et me audire quieto animo posset. Inveni tandem, breve presentavi, verba feci, et licet molestissimum fuerit audire, quod homo de domo Austrie ista tempestate eiusmodi sit, qui mereatur, ut contra eum procedatur per pontificem Romanum et secundum ea iura, que contra oppressores cardinalium longe ante nos edita sunt, que utique non latent suam serenitatem. 10

Nichilominus et breve legit et me audivit maxima cum attencione et benignitate. Demum vero respondit dolere se summum in modum pro iniuria ecclesie illata et eo magis, quo illata esset in persona re^{mi} illius cardinalis, quem ipse et diligit et amat ac pro suis maximis virtutibus veneratur. Intellexerat enim ante adventum meum aliquid de rebus istis ex quibusdam litteris, quas reverendus pater dominus episcopus Gurcensis³⁾ a quodam servitore domini cardinalis habuerat.⁴⁾ Quibus visis intellectisque maturissime 15
litteras suas ad Sigismundum ducem dari iussit⁵⁾, precipiens sub multarum penarum comminationibus, ne contra prefatum dominum cardinalem aliquid via facti attemptaret. Et quoniam super castellis inter eos contencio erat et imperialis maiestas dicit episcopum Brixinensem principem esse imperio subiectum in temporalibus et dominum sancti Petri temporalia de manu sue serenitatis accepisse, obtulit se Sigismundo in competentem iudicem, si quid iuris adversum episcopum Brixinensem habere se pretenderet. 20
Quibus litteris atque mandatis ille nulla responsione data⁶⁾ processit via facti contra dominum illum re^{mm}. Quas ob res post multa tandem summam intencionis sue paucis perstringens „consanguineus“, inquit, „noster est. De domo Austrie est. Sed omni propinquitate carnis omnique neccessitudine carior est nobis iusticia et ecclesiastica libertas, quam servare atque pro viribus defendere iuravimus. Agimus immensas gracias s. d. n., quod dolet principem de domo nostra in hunc errorem devenisse, quod 25
preterea honorem prefate domus pollicetur nobis salvum custodire. Ceterum, quod iusticia fiat, nec rev^{mis} dominis cardinalibus nec beatitudini sue poterit graciosius esse quam nobis.“ Favent hunc rei plurimum omnes ferme consilarii maiestatis sue, quorum nemo est, qui infandum hoc facinus non detestetur.

Re^{mus} d. Nicenus⁷⁾ in Vienna est. Misi d. sue copiam brevis v. s. ad serenissimum d. imperatorem super rebus istis, ut intelliget p. sua, ymmo intelligant per p. p. suam re^{mm}, quot oratores prelatorum illic sunt, 30
intencionem v. s. Nam magna est in tota ista provincia inter clericos super rebus istis murmuracio. Et quamquam non tam magna est, tamen aliqua super ea oppressione, quam episcopus Estetensis a L(udovico) Bavarie duce nuper passus est, que occurrerint in dies.⁸⁾ Significabo v. beatitudini, quam misericordissimus deus pro utilitate ecclesie sue sancte nobis diu ac feliciter conservare salvam dignetur. Ex nova civitate iiii junii anno etc. lx^o pedum vestre b. 35

servulus inutilis Franciscus de Toletio.

36 Toletio: *korr. aus* Tolento.

¹⁾ *Francisco Ferdinandi de Toledo* († 1479), *Archidiakon von Astigia und Dekan zu Toledo, ab 1475 B. von Coria* (Spanien). Er war zusammen mit *Gerolamo Lando, Eb. von Kreta*, im September 1459 zu H_z Sigismund und nach Böhmen geschickt worden; S.o. Nr. 6021 Anm. 3. Näheres zur Person bei A.A. Strnad, *Die Breslauer Bürgerschaft und das Königtum Georg Podebrads*, in: *Zeitschrift für Ostforschung* 14 (1965) 401-435, 601-640, hier 407 (mit Lit.) und passim; Untergebrer, *Nuntii* 510-514. Zu seiner Tätigkeit in Deutschland vgl. auch *Enepekides, Wiener Legation* 72; V. Filip/K. Borchardt, *Schlesien, Georg von Podiebrad und die römische Kurie* (*Wissenschaftliche Schriften des Vereins für Geschichte Schlesiens* 6), Würzburg 2005, 99-106.

²⁾ S.o. Nr. 6213 (1460 Mai 13).

³⁾ *Ulrich Sonnenberger, kaiserlicher Rat und B. von Gurk* (1453-1469).

⁴⁾ *Dieses Schreiben ist sonst nicht bekannt.*

⁵⁾ S.o. Nr. 6198 (1460 April 28). — *Zur Reaktion des Papstes auf Nr. 6236 vgl. sein Breve an Francisco de Toledo vom 14. Juli 1460; Kopie: Rom, Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 123^v: Intelleximus, que sit imperialis celsitudinis mens ad ea, quorum causa es missus. Intelleximus, quid in negotio ducis Sigismundi promittat, nec possumus non commendare mansuetudinem suam, que et rationi cedit contra affectum et iusticie munus contra illius molatores non prohibet. Agas sue bonitati gracias, volumus, ostendasque sententiam nostram nos temperaturos, ut suus et domus Austrie splendor nulla in parte obfuscetur.*

⁶⁾ *Möglicherweise hatte H_z Sigismund dieses Schreiben nicht erhalten; s.u. Nr. 6251 Z. 10-13.*

⁷⁾ *Kard. Bessarion. Zu seiner Legation s. zuletzt oben Nr. 6161 Anm. 7.*

⁸⁾ *Johann von Eych, B. von Eichstätt, wurde ebenfalls am Ostersonntag 1460 in seiner Bischofsstadt angegriffen, in seinem Fall von H_z Ludwig IX. von Bayern-Landsbut. S.o. Nr. 6157 Anm. 1. Vgl. auch den Trostbrief des NvK unten Nr. 6244.*